



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Arnoldi Corvini à Belderent J. U. D. Jus Canonicum, Per
Aphorismos Strictim Explicatum**

Corvinus van Beldern, Arnold

Amstelodami, 1663

Ne Prælati vices suas vel Ecclesias sub annuo censu concedant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10591

Monachus ignorans per Simoniam in monasterium receptus , post monasterii à se factam abdicationem , ad idem monasterium reducitur , vel in alio ejusdem Ordinis collocatur ; c. de regularibus . 25 . hic . sciens , ad arctius monasterium transfertur . d. c. de regularibus .

Monialis , hoc casu monasterio exturbata , in locum regulæ arctioris , ad agendam perpetuam pœnitentiam retruditur . c. quoniam . 40 . eod . & d. c. de regularibus .

Pecuniâ aliquid ab Ecclesia qui redemit , & qui ab eo accepit , & qui pro eo intercessit , infamia notantur . c. ult. 1 . qu. 3 .

Ne Prælati vices suas , vel Ecclesias sub annuo censu concedant.

TIT. III.

Sequitur de concessione jurisdictionum & Ecclesiarum sub pretio vel anno censu ; quia Simoniæ species est : arg. c. ex multis . 1 . qu. 3 . puta si Prælatus certam pecuniaë summam accipit ; lucrum verò totum , vel ejus partem , is cui concessio facta : arg. c. ex multis . 1 . qu. 3 . c. 2 . & 3 . hic . Non si Prælatus certo salario alicui , ut jurisdictionem exerceat , quia ipse fortasse infirmus , absens , c. per venit . de appell . c. de rectoribus . de clericis . agrot . constituto , totum lucrum recipiat . c. militare . 23 . qu. 1 .

Quo casu nec Prælatus peccat , quia Episcopalem Jurisdictionem exercentibus salarym dare potest : c. caritatem . 12 . qu. 2 . Nec qui operas suas spirituales locat ; si aliunde sumptus non habeat ; c. duces . 1 . qu. 1 . quia qui Altaris servit , de Altari vivere debet . c. secundum Apostolum . de præb .

Aliter si Prælati jurisdictionem suam & Ecclesiarum regimen , ut dictum , concedant ; quia , cum jus spirituale , id est , jurisdictionem , quæ spiritualis est , vendant ,

dant, c. ex multis. 1. qu. 3. Simoniam committunt, ut not. in c. si quis Episcopus. 1. qu. 1. c. salvator. 1. qu. 3. & propterea pœnis Canonici in simoniacos constitutis subjacent. c. 2. hic. Proinde Episcopus, si id commisit, potestate conferendi privatur; c. 2. hic. si eo sciente & dissimulante à subditis perpetratum, Canonice pœnae subjicitur, c. 2. eod. id est, duobus mensibus excommunicationi subjacet: c. quicquid. 1. qu. 1. Si Episcopo subdito, eo ignorantie, id commisit: si Presbyter, quatuor mensibus excommunicatione plectitur; si Diaconus, trium; si Subdiaconus vel alius Clericus, arbitrariâ pœna & excommunicatione plectitur. d. c. quicquid.

Qui vices Prælati, vel Ecclesiæ administrationem, pretio dato, & annuo censu constituto, suscepit, officio suscepto privatur, c. 1. hic. & à Clero removetur. d. c. 2. eod.

Fructus Ecclesiarum & obventiones temporales ementes & vendentes his pœnis non subjacent, quolibet enim alienationis titulo distrahi possunt. c. fin. hic.

*De magistris: & ne aliquid exigatur pro
licentia docendi.*

T I T. IV.

Simoniæ speciem præse fert, Abb. in c. 1. hic. licet pro priè Simonia non sit, Innoc. in c. 2. eod. cum docendi licentia pro pecunia conceditur.

Qui docendi munere fungitur, Magister vocatur, eò quod magis quam alii monet ac monstrat, l. cui præcipua. 57. ff. de verb. signif.

Talis debet in qualibet Ecclesia Cathedrali, imo & alia, cuius sufficiunt facultates, à Prælato cum Capitulo, aut majori & seniori ejus parte, constitui, eique de beneficio (quo fruiturus quamdiu in docendi perstiterit munere, c. quia nonnulli. §. assignetur. hic.) prospici, ut Clericos & pauperes